GUIDO DE MONTE ROCHERII. GUILELMUS DURANDUS

Raum Wien, Raum Brixen (u. a. Villanders), 2. Hälfte 15. Jh. Seite 306r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35485
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Nam sicut quelibet quinta feria auc
toritate Melchiadis pape soluta
erat a ieiunio ita et ab officio
Unde versus Quinta Nulli in quinta
feria instituit off. Nichilominus
tamen hore et matutine ac ves
pertinum officium cantabantur Om
nium erat ut super benedictus et
magnificat antiphone de ewange
liis aliorum dierum sumpte dicere
tur Sed Gregorius secundus instituit ie
iunium et officium quinte ferie ea
tamen que prius instituta erat
de matutinis de vesperis et mis offi
ciis non mutavit Et inde est
quod antiphone que cantantur super benedic
tus et magnificat in quintis feriis non
consonant ewangeliis illius diei.
De hoc in quinta feria precedentis
ebdomade dictum est Sexta feria Rubrica

Sexta feria agit de opere
sexte diei in qua factus est homo
Et hortatur nos ecclesia ad mansue
tudinem et paciencia et omnem iram
de cordibus nostris removeamus
Et hoc exemplo Joseph et Christi unde
est epistola Dixit Joseph qui mul
ta passus est etc. Genesis xxxvij capitulo
De Joseph qui multa passus est a
fratribus suis et tamen sublimatus
est velint nolint in evangelio Mathei
xxj capitulo Homo erat etc. a predicto exemp
lo Christi Homo erat pater familias
qui plantavit vineam id est iudaicum
populum per doctrinam legis Ad ultimum
misit filium suum ad cultores vinee
ad quos primo miserat servos
quos interfecerunt Propter hoc autem per
mansuetudinem et pacienciam ser
vabimus in futuro Unde introitus
est Ego autem cum iusticia appare
bo in conspectu tuo satiabor dum ma
nifestabitur gloria tua Ad toleran
das eciam persecuciones propter iusticia
ac hortatur in graduali Ad dominum
cum tribularer Et in offertorio Domine

in auxilium Et quidem Tu domine
servabis De sabbato Rubrica

Sabbatum de conversione vel
confessione per quam homo cessat
ab opere servili et sic sabbatisat
et recipit benedictionem a domino qui ben
dixit diei septimo Ad hoc autem
instruimur per legem domini et graciam
spiritus sancti Unde introitus est de
lege Lex domini etc. et est primum bonum
quia converso ad deum est principium
bone vite Unde sequitur convertens
animas etc. Sequitur iusticie domini recte
letificantes corda quia dat sabbatum
spirituale et hec principaliter habe
tur per graciam et ostenditur per epistolam Dixit
rebecca etc. Genesis xxvij capitulo in qua
habetur quod rebecca monuit iacob
ut afferret patri suo duos hedos
ysaac Per graciam rebecca gracia dei
intelligitur que nos monet et in
spirat nobis offerre deo ablacio
nem de peccato et confessionem per
edos designatur Hedus enim fete
dum animal et habet carnes sapidas
Cum enim homo fetet peccatum suum con
fitetur illud quod valde placet deo
et angelis eius Iuxta illud gaudi
um est angelis dei super uno pecca
tore penitenciam agente Sequitur autem
in epistola de rore celi id est de gracia ce
lesti et de pinguedine terre id est
habundancia temporalium sit benedic
tio tua et preponit de rore celi quia
boni preponunt spiritualia temporalibus
Et postea sequitur de pinguedi
ne terre Iuxta primum querite regnum
dei et hec omnia adiicientur vobis
Boni enim omnia habent Unde apostolus
Tamquam nichil habentes et omnia
possidentes Itali similiter petunt
benediccionem qui per esau designatur
Sed quia ipsi preponunt temporalia spirituali
bus dicitur eis de pinguedine
terre et de rore celi erit benediccio tua
Et si enim habeat aliqua spiritualia tamen